



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 12. Franciscus Forerius vita functus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcnl. XVI. commentariis in Judith, & epistolam  
A.C. 1587. ad Hebræos Coloniensibus literis excu-  
sa prodiit.

## §. XII.

*Franciscus Forerius vita funditus.*

*Erhard de  
Script. Ord.  
Fræd. sat.  
t. 2. p. 261.*

Alius quidam Scriptor nomine Fran-  
ciscus Forerius Ulyssiponensis ex  
Ordine Fratrum Prædicatorum hoc an-  
no die decima Januarii mortalitatem  
exuit. Hic non modo sub Angeli Ca-  
ninii Magisterio plenam Hebraici idio-  
matis cognitionem acquisivit, sed etiam  
latinæ, græcæque linguae peritia ex-  
celluit, atque a Joanne III. Lusitanæ  
Rege Parisios studiorum caussa missus,  
inde redux Cratensem Priorem literis  
imbuere jubebatur, demum vero ejus-  
dem Regis Theologus ad Tridentinam  
Synodum decretus, ibidem prima Ad-  
ventus dominica die Anno Incarnatio-  
nis Dominicæ millesimo quingentesimo  
sexagesimo secundo sermonem typis po-  
stea impressum habuit, porro jam aliun-  
de suorum sermonum eloquentia tan-  
tam sibi comparavit famam, ut a Syno-  
di Patribus semel quavis hebdomada in  
ipsorum præsentia concessionem habere ro-  
garetur, atque ab illis saepius Romam de-  
cerneretur, quatenus circa Synodi ne-  
gotia cum Pontifice conferret: eo autem  
tempore, quo Venetiis morabatur, ex  
hebraico

hebreico textu Isaiae Prophetæ versio- Sæcul. XVI.  
A.C. 1587.  
nem unacum commentario concinna-  
bat, cuius operis excellentia jacturam  
illorum commentariorum, quos in ce-  
teros Prophetas, Jobum, & Psalmos  
elucubrabat, vix tolerandam reddit,  
ac nonnisi ingens desiderium reli-  
quit<sup>(\*)</sup>. Insuper eidem adscribitur præ-  
fatio, quæ librorum prohibitorum in-  
dici jussu Tridentini Concilii edito  
præfixa fuit, ac Romæ anno post Chri-  
stum natum millesimo quingentesimo  
sexagesimo quarto typis impressa prod-  
iit. Hic idem Scriptor cum aliis tri-  
bus Theologis a Synodo deputabatur,  
ut Catechismum anno a Virgineo partu  
millesimo quingentesimo sexagesimo sex-  
to typis editum conficeret: prætereā  
eidem Missale, & Breviarium Roma-  
num expurgandi cura demandabatur,  
quamvis huic operi manum admovere  
præpediretur, revocatus a Lusitaniae  
Rege, ubi redux Ulyssipone Fratrum  
Prædicatorum Prior nominabatur, ac  
postea supremus hujus Provinciæ Mo-  
derator anno Redemptionis nostræ mil-

## Li 5                      lesimo

(\*) Hi commentarii, cum aliquando For-  
rerii cella fortuito igne conflagraret, una  
omnes excepto commentario in Jobum perie-  
re, ita testatur Sousa Hist. Prov. Portug.  
part. 3. p. 494.

**Sæcul. XVI.** lesimo quingentesimo sexagesimo octavo  
A C. 1587. electus, expleto officii sui tempore Con-  
 ventum Almadæ erexit, eoque sece-  
 dens vitæ suæ finem imposuit.

## §. XIII.

*Sancti Felicis de Cantalitio obitus.***Bolland.****p. 106.****Papeproch.****t. 4. p. 205.****t. 7. p. 807.****col. 2.****Baill. vie des****Saints 18.****Maji.**

Præterea Ecclesia hoc anno recolit mortem Felicis de Cantalitio, qui ex Ordine Patrum Capuccinorum, quos conversos appellant, Religiosus erat. Hic veterum Eremitarum, qui nonnisi sylvestribus fructibus, herbisque admodum parce vicitabant, vitas perlegens æquali abstinentia cœlum promerendi, eosque imitandi desiderium conceperat; verum cum in hoc vitæ genere exercitatos Eremitas, quibus sese associare posset, haud reperiret, Patres Capuccinos adiit, a quibus etiam ad eorum Cœnobium Civitatis-Ducalis in Umbria admissus, habituque indutus sese solemni votorum sponsione Deo sacrabat: ubi eleemosynas ostiatim colligere jussus in hoc munere, quod aliis saepe petra scandali est, ipse ad majorem vitæ perfectionem ascendendi media reperiebat, nam assiduus in exercendis humilitatis operibus, plena omnium rerum alienatione, obedientia, charitate erga omnes, patientia, atque maximo erga Deum amore eximius eva-

fit,